

D. B L A S I I
ALTIMARI

J. C. AC PATRITII NEAPOLITANI, ET
Florentini ; Olim in Neapolitanis Tribunalibus insignis Ad-
vocati, Regii Castri Novi ejusdem Civitatis Neap. Auditoris, S.R. Castri Capuani
Consilii Consilarii, Regiæ Camerae Summarie Fisci Patroni, & nunc denuò
in eodem Supremo Castri Capuani S.R. Consilio Consilarii,

T R A C T A T U S

D E

**NULLITATIBUS
CONTRACTUUM,**

Quasi Contractuum, Distractuum, Ultimarum Vo-
luntatum, & quorumcumque Actuum extrajudicialium,

*In quo ferè tota Materia Legalis, quoad Contractus,
Ultimas Voluntates, & Actus extrajudiciales latè, & luculenter
tractatur, & explicatur.*

T O M U S T E R T I U S.

Cum Indicibus Quæstionum, ac Rerum Notabilium.



*Es de la libreria
del colegio de
a. u. u. g. a.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus **WILHELMI METTERNICH** Bibliop.
Sub Signo Gryphi, Anno M D C C X X.
Cum Approbatione & Permissu Superiorum.



BENIGNISSIME
LECTOR



BN Partem promissi Operis, Lector Benignissime, Tractatus de Nullitatibus Contractuum, quasi Contractuum, Distractuum, Ultimarum Voluntatum, & Quorumcumque Actuum Extrajudicialium. Mea voluntas fuit, & est, infra paucum tempus complere promissa, sed non potui, nec possum tam citò fidem servare; Quia munus magni Officii Regii Senatoris S. R. C. Neapol. me totum, in expediendis Vallallorum Domini Regis, & exterorum Causis, manè, & die retinet alligatum; Ità ut paucae horae supersint, respirandi magis, quàm opera complendi, & Typis mandandi. Fruere igitur, Benignissime Lector, praesenti Opere, & Deum exora, ut quàm citiùs, ut exopto, ejus promissum feliciter compleam, & in lucem emittam; Et diu, atque diu feliciter Vale.



D. B L A S I I
A L T I M A R I

Tractatus
DE NULLITATIBUS CONTRACTUUM,
Quasi Contractuum, & Distractuum.

R U B R I C A I

S U M M A R I U M Q U A E S T. I.

Cognitio rei in omni materia praevertenda est, n. 1.
Ignoratis principis, ea, quae sequuntur, ignorantur. 2.
Contractus quo iure sunt, n. 3. ad n. 8.
Etymologia contractus, n. 9. 10. usque ad n. 20.
Definitio contractus, n. 21. Et sequitur usque ad n. 35.
Contractus talis iudicatur, qualis est substantia illius. Exer-
bitur pariter, n. 36. ubi tota materia usque ad n. 62.
Contractus alii sunt puri, alii conconditionales, aut mixtos, aut
in diem. Alii veri, alii simulati, alii falsi, n. 63. 64. 65. 66. 67.
Alii obligantur ex utraque parte, alii ex una, n. 68. Alii con-
suetudinarii, Et ad n. 69. usque ad n. 75.
Contractus conditionalis, suo modo, Et in diem contractus est,
n. 76. Et ad n. 77. ad n. 111.
Contractus in conventionem legem accipiunt, n. 116. usque ad
num. 123.
Contractus alii sunt proprii, alii improprii, alii impropriissimi,
n. 124. Et ad n. 126. ad n. 141.
Contractus sunt nudi, Et immoderati, n. 142. Et sequitur ubi
tota eorum materia usque ad n. 190.
Contractus alii sunt bona fidei, alii stricti iuris, n. 191. ubi n.
sequitur, tota eorum materia usque ad n. 193.
Quia de consensu, Et pactum, n. 197. usque ad n. 199.
Consensus ubi requiritur ad validitatem actus, si consentire
debetur sic praesens, Et taceat, an consentire iudicatur, n. 196.
Et n. sequitur, ubi tota materia usque ad n. 199.
Contractus, an, Et quando potest celebrari in testamento, Et
an sit verus, ubi ubi tota materia usque ad n. 199.
Contractus non sunt in scriptis, Et sine scriptis, n. 196. ad
num. 218.
Contractus ad suam perfectionem requiritur consensus hinc inde
de contractibus, n. 219. cum sequitur, usque ad n. 222.
Contractus non potest laudari, quia debet esse obligatorius
hinc inde, n. 222. usque ad n. 228.

DE NATURA, ET ESSENTIA CONTRACTUS.

Quid sit, Et quotuplex sit Contractus?

Q U A E S T I O I.

Cognitio rei praevirtenda est in omni materia, tan-
quam praecipua, nam si est hinc tenentur, ac curam eius
exillere, & probe illa cognita, modum est omnium con-
ditionum, & essentia essentia, proprietates, in eo & acci-
dentia, & qualitates facile disponantur ad text. in l. de res-
ponsio in C. de re iudicat. l. i. ff. de iust. Et per l. i. ff. de origi-
nem, Cuius Mantica lib. 21. tit. 1. n. 1. Baro. de iust. q. 1.
Dua. de iust. quest. 1. Garba de feud. praesent. 1. num. 1.
Olea de iust. tit. 1. q. 1. n. 1. Carp. de excus. ultim. vol-
unt. c. 1. n. 11. sequitur Lotzer. de re iudicat. lib. 1. q. 1. n. 11. sequitur.
Pareta de iust. edit. resol. 1. m. 2. Et ceteri tractantes.
Nam ignoratis principis, ea, quae sequuntur, ignorantur,
Dm. de. modis de reg. iur. in 4. Nug. de laudem. q. 1. n.
23. Zucch. de solat. q. 1. n. 1. Cuius. sup. n. 1. diximus in
ultim. de Nullit. Tom. III.

tract. de nullit. Indic. q. 1. Gall. de fructib. disp. 1. D. Gutierrez de compensat. q. 7.

Contractus quo iure sunt, naturali, an civili, & positivo? Et dicimus, quod, quatenus multa ius positivum, circa contractus, addiderit, & immutaverit, ipsos tamen abso- lute esse de iure naturali; nam supposita verum divisione habuerunt proximum naturale ius, in his conmutationibus naturalem equitatem servandam esse, mandans, non solum, ut quod illis non vis, alteri ne leccis, sed etiam ut in his servetur aequalitas rei ad rem, quam iustitia continuetur praescribit, & si violata fuerit, per iustitiam tamen restituitur, & pacta conventa servari magna fide mandans, & violatae congruis esse poenae calculandos, bene Onat. de contract. tom. 1. disp. 1. n. 10.

Alii dicunt contractuum originem esse de iure gentium primario, intelligendo de potestate ipsa contractendi, quo tempore inefficaces erant contractus detecti superiorem, qui ius redderet; Sed distinctis dominis, & Regni conditio, cooperunt contractus, manu regni, executionem habere, l. 2. in princ. ff. de orig. iuris. Et ideo quoad efficaciam sunt de iure gentium secundario, quae notant Mozz. de contract. art. 3. de orig. contract. no. 1. Ruyr. & Socini. in rubr. de verb. oblig. Bart. in frater a fratre, ff. de iud. in deb. Bologna. in rubr. de verb. oblig. sub. n. 57. 68. Joannes de solemm. contract. in rubr. 21. n. 1. 42. n. 2. Et sequitur q. 4. n. 1. Mich. de Loy de contract. tit. 1.

Et licet contractus sit quid facti, l. consensu. ff. de Curat. furis. Bart. in Lex hoc iure ff. de iust. Et iur.

Tamen effectus ipsorum contractuum est iuris, quia obligatio est iuris vinculum, l. 1. ff. de oblig. Mozz. sup. n. 1. Joannes sup. xi. n. 3. 4. n. 10. Et h. n. 7.

Proinde secundum est, quod ius gentium duplex est, a- liud, quod a nonnullis vocatur ius naturale secundarium, & ius gentium primarium, quod fuit introductum eo ipso, quod gentes in se aperuerunt. Alterum ius gentium secundarium, quod ab ipsis gentibus fuit introductum, quatenus distinctionem conveniunt dicit Mozz. supra n. 11.

Licet nonnulla iurum esse affirmant, ex quo ius gen- tium secundarium introducta sunt bella, servitutes, distincta dominia, contra Regna, obligationes caritatis, & omnes poenae contractus introducti, l. ex hoc iure ff. de iust. Et iur. h. in gentium iust. de iure nat. gent. Et civil. prae ter quatuor qui sunt de iure Civili, scilicet stipulatio, literarum obligatio, sponsalitia largitas, & contractus emphyteuti- cus, gl. in d. h. in gentium, Mozz. sup. n. 13. Joannes de soll. contract. gl. 11. h. n. 7.

Debetur ad etymologiam, juxta doctrinam Juris- consulti in l. i. ff. de iust. Et iur. Baro. de iust. q. 1. Bel- kar. de iure ac iust. c. 1.

Dicimus contractum plures habere etymologias, quae referunt Mozz. de contract. in genere art. 1. n. 11. prima est Al- ciat. in l. Labo. h. contractus ff. de verb. signif. quod sic dicitur, quod sit vicissim, & mutuo tenere, vel alter quali contra, seu vicissim actum, sequitur Hyalting, in pne rit. Infit.